



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. IX. De Vicarii Potestate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

C A P U T I X.

De Vicario Generali.

S E C T I O . I.

Quando, & quis Vicarius eligendus.

*Duplex occasio
eligendi Vica-
rium.*

*Vicarius viven-
te Generali.*

* P. 9.C.5.D.

I.  Actenus enumerati sunt ordinarii administrari, quibus Praepositus Generalis juvatur in Gubernatione universalis Societatis: jam supereft aliis, licet extraordinarius, summæ tamen auctoritatis, Vicarius scilicet; cui totius regendæ Societatis munus, vel vivo adhuc Praeposito, vel eo mortuo, potest obtingere.

2. Et vivo quidem. 1. Cum Generalis ita morbo impeditur, ut tamen de sanitate non desperandum videretur, sine Congregatione Generali Vicarius per eundem Praepositem posset constitui; ut ipsius Officio, donec convalesceret; omnino fungetur; & recuperata sanitate, concessa ei prius facultas cessabit. 2. Si ægritudo in rebus magni momenti Generalem ab Officio suo avocet, spe emendationis ea in parte sublata, tunc Vicarius est eligendus ab

ab ipsomet Præposito cum approbatione Provincialium. *b* 3. Si Generali ejus opis indigo, nec prouidente, Societas Vicarium ei adjungeret. *c*

b P. 9.C.4.§.6.
c P. 9.C.4.§.6.
& c. 5. §.6.&
C.8.D.29.

3. At Generali mortuo Vicarii officium contingit. 1. Si Generalis eum nominaverit, qui post mortem suam Vicarii potestate Societatem gubernet. *d* 2. Si nullo per Generalem vita functum nominato Vicario, is eligatur ex prescripto formulæ. *e*

Mortuo Gene-
rali.

d P. 8.C.4.§.1.
& C. 4.D.20.
21.

e P. 8.C.4.§.1.
A. & For. Con.
ad el. Vic.

4. Certum est in omnibus prædictis casibus eligendum esse Professum quatuor Votorum. *f* Et in locum demortui Generalis eligendus communiter ex his, qui adesse Præposito, & ipsum juvare soliti sunt; vel certè ex iis, qui proximè degunt, & sunt in rebus Societatis versati. *g*

Quis eligendus

f P. 8.C.4.§.1.
& c. 3.A. & C.
1.D.42. & C.
3 D 21.
g P. 8.C.4.§.1.
& F. Con. §.6.

S E C T I O II.

De Vicarii Potestate.

1. **V**icarii autem potestas, superstite Generali, sed inutili, amissa spe convalescendi, si electus à Congregatione particulari ad eligendum Vicarium convocata, erit eadem, quæ Vicarii, mortuo Generali. *h* Si verò, aut à Præposito Generali cum approbatione Provincialium, aut à Congregatione ipsa Generali eligatur;

Generali super-
stite.

h C.8.D.29.

erit

i P. 9. c. 4. §. 6.

l P. 9. c. 5. §. 6.

*Quid Vicarius
post mortem Ge-
neralis praestare
debeat circa ip-
sum.*

*m C. 1. D. 43.
& C. 3. D. 33.
& C. 4. D. 43.*

*n Off. Vic. §.
13.*

o Off. Vic. §. 2.

*Eius Auctoritas
in genere.*

*p P. 8. c. 4. A.
& C. 1. D. 43.
&c.*

*q C. 1. D. 5. A.
& C. 2. D. 12.
A.*

erit eligentis Generalis, aut Societatis, ejus potestatem determinare ; & an absolute futura sit. Sed numquam usurpabit nomen Præpositi Generalis. *l*

2. At Vicarii, qui Generali mortuo substituitur, ad regendam Societatem, & convocandam Congregationem Generalem, ut novum Præpositum eligat, auctoritas, & obligationes explicantur in Officio Vicarii confecto, & approbato auctoritate Congregationum. *m* Is igitur, ubi primum declaratus est Vicarius, ab antiquissimo Assistentium debet accipere clavem scrinii Generalis; nec quidquam inde extrahere, nisi necessitas urgeat, & presentibus Secretario, & duobus Assistentibus. *n* Statim pariter curabit, ut Missæ, & Orationes pro anima mortui Præpositi fiant. *o*

3. Ceterum ad hujusmodi Vicarium spectat, Societatem universam gubernare, usque ad novi Generalis electionem. *p* Quare omnes Officiales subesse ei debent. *q* Generatim verò, & exceptis enumerandis limitationibus, Vicarius Generalis habet omnem potestatem, & facultatem ad gubernandam Societatem; quâ instructus est Præpositus Generalis: ac nominatim ad illius quoque intentionem dici debent

Sa.

Sacrum , & Corona , quæ singulis hebdomadis dicuntur ad intentionem Generalis.

r C. 10. D. 8 &

C. 12. D. 56.

§. 4.

*Gubernandi
ratio.*

4. Ratio Gubernationis eadem erit, quæ demortui Præpositi ; ad illiusque sensum se componet , eum conjectando, ubi compertus non est. ^s Res omnes graves , quæ differri possunt , ad novi Præpositi electionem differet. ^t At universim res gravissimas , quæ differri nequeunt , semper ad plura cum Assistentibus suffragia decernet : gravissimæ autem , censendæ quas major pars , ipso cum Assistente consultante , gravissimas judicabit : reliqua minus gravia consultabit cum iisdem magis , quam Generalis : literasque negotia continentes Assistentibus omnibus communicabit. ^u

^s Off. Vic. §. 6.

^t Off. Vic. §. 8.

^u Off. Vic. §.

12. & C. 7. D.

74.

^x Off. Vic. §. 9.

Nullam verò Domum , Collegium , aut Universitatem instituet. ^x

5. Non potest mutare Assistentes , Admonitorem , Secretarium , Procuratorem Generalem , Præpositos , Rectores , Præfectos Probationum , & alios Officiales primarios , qui creantur à Generali , nisi forte aliqui morerentur ; & alii in locum illorum usque ad electionem Præpositi Generalis substituendi essent ; vel aliquæ gravissimæ cause intercederent ; propter quas aliquis illorum ab officii executione tollendus ,

*Limitatio erga
Officiales pri-
marios.*

444 **Pars Sexta.**

lendus , vel suspendendus videretur ; & hoc quidem re cum Assistentibus communica-
ta ad plura suffragia : quæ pariter adhiben-
da in electione Admonitoris ; si fortè , qui
fuerat Generalis Admonitor , in Vicarium
electus est . *y* Poterit etiam mutare Su-
prioress quoicumque , quorum Generalis
defunctus Successores nominaverit : si ta-
men ante obitum Generalis triennium re-
giminis expleverint . *z*

y Off. Vic. § 7.
& C. 1. D. 1. &
C. 4. D. 58.

z C. 12. D. 30.

*Alia in parti-
culari, aut con-
cessa, aut nega-
ta.*

a Off. Vic. §.
10. & C. 2. D.
53. & C. 4. D.
36.

b Off. Vic. § ii.

c C. 12. D. 10.

d C. 8. D. 46.

e Quid prestare
debeat in ordi-
ne ad Congrega-
tionem Genera-
lem.

6. Habet facultatem celebrandi contra-
ctus , non tamen alienandi , aut vendendi
bona stabilia Societatis ; nisi res sit in evi-
denter utilitatem , & quæ moram non
patiatur , & cum consensu Assistentium ,
ad plura suffragia . *f* Quæ pariter sequetur ,
ubi de mutandis Professis ab una in aliam
Provinciam ante Congregationes Provin-
ciales , aut de Missionibus eorumdem
ad remotiores partes gravior aliqua dubi-
tatio incideret ; nam ob leviores causas mu-
tare non potest . *g* Potest admittere ad
Professionem , & Gradum eos , qui habent
omnia ad id requisita , non obstante Dec.

h Con. 4. *i* & dimittere è Societate Pro-
fessos , & Coadjutores formatos ; sed in
causis gravissimis , & ad plura cum Assi-
stentibus suffragia . *j*

7. Altera verò pars Officii hujus Vicarii
est

est Societatem ad electionem Præpositi, primo quoque tempore faciendam, convocare; statuereque ad plura cum Assistentibus suffragia, an ad gravia negotia post electionem tractanda, præter duos Electores, in Congregationibus Provincialibus alios duos eligi oporteat, ad Congregacionem Generalem venturos. *e* Decreto loco, & die, Missas, & Orationes pro felici electione indicat. Ubi Electores convenerint, eis referat, quæ facta sunt post mortem Præpositi ad Congregationem pertinentia; & curet reliqua quæ primis quinque capitibus Form. Con. Gen. continentur. *f* Ipse in Congregatione Generali, cui ante electionem præsidet, habet unum tantum suffragium: sed ceteris paribus qualitatem præcedendi. *g* Per electionem Præpositi cessat ejus Officium, *h* non autem jus accedendi ad Congregationem Generalem; ubi sedet inter Provinciales, juxta antiquitatem suæ Professionis. *i* In eventum mortis suæ non nominat Successorem. *k*

e P. 8. c. 3. §. 1.

& A. & C. 2.

D. 2. & C. 4. D.

35. & Off. Vic.

§. 1. & 4. & F.

Con. Prov. §.

32.

f Off. Vic. §. 3.

4. 5.

g P. 8. c. 3. §. 2.

& C. 1. D. 4.

& F. Con. Gen.

§. 15.

h Off. Vic. 1.*i* C. 3. D. 2.*k* C. 9. D. 14.

PARS